

summae causa petere rationes, quae ad se pertineant, edi iubet. 4. Ad nos enim pertinet non tantum cum ipsi contraximus vel successimus ei qui contraxit, sed etiam si is qui in nostra potestate est contraxit.

10. *GARUS libro primo ad edictum provincialis.* Argentarius rationes edere iubetur: nec interest cum ipso argentario controversia sit an cum alio. 1. Ideo autem argentarius tantum neque alios ullos absimiles eis edere rationes cogit, quia officium eorum atque ministerium publicum habet causam et haec principalis eorum opera est, ut actus sui rationes diligenter conficiant. 2. Edi autem ratio ita intellegitur, si a capite edatur, nam ratio nisi a capite edatur, intellegi non potest: scilicet ut non totum cuique codicem rationum totaque membranas inspiciendi describendique potestas fiat, sed ut ea sola pars rationum, quae ad instruendum aliquem pertinet, inspicatur et describatur. 3. Cum autem in id actio competit, quanti agentis interest editas sibi rationes esse: eveniet, ut, si ve quis condemnatus sit sive quod petierit non obtinuerit eo, quod non habuerit rationes ex quibus causam suam tueri possit, id ipsum, quod ita perdidit, hac actione consequatur. sed an hoc procedat videamus: nam si apud hunc iudicem, qui inter eum et argentarium iudicat, potest probare se illo iudicio, quo victus est, vincere potuisse, poterat et tunc probare: et si non probavit aut probantem iudex non curavit, de se ipso aut de iudice queri debet. sed non ita est. fieri enim potest, ut nunc, rationes vel ipso edente vel alio modo nactus, aut aliis instrumentis vel testibus, quibus illo tempore aliqua ex causa uti non potuit, possit probare potuisse se vincere. sic enim et de cautione subrepta aut corrupta competit condicito et damni iniuriae actio: quia quod ante non potuimus intercepta cautione probare et ob id amissimus, hoc nunc aliis instrumentis

aut testibus, quibus tum uti non potuimus, probare possumus.

11. *MODESTINUS libro tertio regularem.* Exempla instrumentorum etiam sine subscriptione edentis edi posse receptum est.

12. *CALLISTRATUS libro primo edicti monitorii.* Feminae remotae videntur ab officio argentarii, cum ea opera virilis sit.

13. *ULPIANUS libro quarto ad edictum.* Haec actio neque post annum neque in heredem nisi ex suo facto dabitur. heredi autem dabitur.

XIV

DE PACTIS

1. *ULPIANUS libro quarto ad edictum.* Huius edicti aequitas naturalis est. quid enim tam congruum fidei humanae, quam ea quae inter eos placuerunt servare? 1. Pactum autem a pactione dicitur (inde etiam pacis nomen appellatum est) 2. et est pactum duorum plurimumve in idem placitum¹³ consensus. 3. Conventio verbum generale est ad omnia pertinentis, de quibus negotii contrahendi transigendique causa consentiunt qui inter se agunt: nam sicuti convenire dicitur qui ex diversis locis in unum locum colliguntur et veniunt, ita et qui ex diversis animi motibus in unum consentiunt, id est in unam sententiam decurrunt. adeo autem conventio nomen generale est, ut eleganter dicat Peditus nullum esse contractum, nullam obligationem, quae non habeat in se conventionem, sive re sive verbis fiat: nam et stipulatio, quae verbis fit, nisi habeat consensum, nulla est. 4. Sed conventio nomen pleraeque in aliud nomen trans-

¹³ [et], vd. Mo.-Kr., nt. 12.

con altri documenti o testimoni, dei quali allora non avevamo potuto servirci.

11. *MODESTINO, nel libro terzo Delle regole.* È stato recepito che possono essere prodotte le copie di documenti anche senza la sottoscrizione di colui che realizza l'esibizione.

12. *CALLISTRATO, nel libro primo Dell'esibizione monitorio.* Si ritiene che le donne siano escluse dall'esercizio dell'ufficio di banchiere, in quanto tale attività è propria degli uomini.

13. *ULPIANO, nel libro quarto All'editto.* Questa azione non sarà data né dopo l'anno né contro l'erede, salvo che per fatto da lui commesso. Senza dubbio sarà concessa all'erede.

XIV

SUI PATTI

1. *ULPIANO, nel libro quarto All'editto.* L'equità naturale è propria di questo editto. Infatti quale cosa è così congruente all'affidamento nei rapporti tra gli uomini che far osservare ciò che tra loro parve bene e deciso? 1. Ora patto è detto da pattozione (*pactio*), da cui anche la denominazione della pace) 2. e la pattozione consiste nel consenso di due o più sulla stessa decisione. 3. La parola convenzione è <di significato> generale, pertinente a tutto ciò su cui consentono coloro che compiono atti tra loro per contrarre un negozio o transigono: infatti, come sono detti convenire coloro che da luoghi diversi si raccolgono e pervengono in uno stesso luogo, così <sono detti convenire> anche coloro che da intenti diversi consentono in uno stesso <oggetto>, cioè convergono in uno stesso parere. A tal punto poi è <di significato> generale la parola 'convenzione' che, come elegantemente afferma Pedito, è nullo il contratto, nullo l'atto <bilaterale> obbligatorio che non abbia in sé una convenzione, un accordo, sia che si effettui attraverso la consegna di una cosa, sia che si effettui attraverso la pronuncia di determinate parole: infatti anche la stipulazione, che si effettua attraverso la pronuncia di determinate parole, se manca del consenso, è nulla. 4. Per la maggior parte però le convenzioni assu-

